

duxit, quem ibi facta fovea ad medium corporis sepelivit. Postea vero
 multarum petrarum exaggeratione quasi quodam muro circumdedit,
 5 tenui fossa tandem percinxit. Nares et oculos acri fumo tota nocte
 cruciavit. Ubi his sacris verbis tota nocte ad auras vigilavit: 'Ut est
 fixus adolescentulus in loco isto, sic puellę in amore meo. Ut est
 precinctus muro et fossa, sic et ille dilectione mea. Et ut oculi con-
 sumuntur fumo, ita puellulę abscessu meo.' Cum quibus verbis hec
 10 dicebat Hebraica uel potius diabolica: (die folgenden Zaubercharaktere
 s. Taf.). Que si non credis, ad scrinium illius vadas, in cuius angulo
 pixidem ligneam quam ab aliis rebus inuenies remotam aperias, ubi
 hec scripta et alia inuenies nimia. Mane vero nimis vigiliis afflictus,
 nimio cruciatu affectus omnia tibi pandit puerulus. Erat enim tuus
 15 discipulus. Res ut erat exposuit, solacium scilicet nocturni laboris.
 Quem, cum forte ad illum ut sepius iveras, pre caeteris tuis scolariis
 tecum semper duxeras. Itaque puerilibus donis corruptum ad hec ne-
 fanda illexerat, cui promittendo plurima bonus orator tandem per-
 suaserat. Ipse autem nequissimus, nescio tuis correctus correctionibus
 20 an hoc forsitan alteri committeret puerulus, ut res digesta erat, persen-
 serat. Quare quod sibi promiserat hac sibi occasione detorserat et, ut
 utriusque statutum invenerat, plurima quę debuerat iam sibi detra-
 xerat¹⁰⁾. Puerulus itaque simulans ista neglegere, donec ut prius sibi
 videretur confidere, in huiusmodi tandem securitate quaternionem unum
 25 surripuit nigromantię, quem tibi duxit, ut, si negare velit, adhuc
 monstrare possis. Videns igitur se esse illusum, magis tamen doluit
 inlusione damnum; merens dolum pueruli, magis tamen karacteribus
 perditis, quia, si perderet, nullum dein Plutoni fructum redderet, qui
 hec et cetera sibi traderet. 'Vadam, inquit, itaque cuius fuerint evocare,
 30 quorum si quis reditus per illum esse poterit, consulere'¹¹⁾. Ad sanctum
 igitur Bartholomeum¹²⁾, ubi aque diluvione, assiduo¹³⁾ fluminis ver-
 tiginis monumenta aperta sunt, paries¹⁴⁾ templi scissus est, noctu ivit ut

¹⁰⁾ Etwa: 'Deswegen machte er ihm (dem Jungen) gegenüber seine Ver-
 sprechungen bei dieser Gelegenheit wieder zunichte und entzog ihm das meiste
 von dem, was er ihm aus ihrer beider Abmachung schuldete' (das auffällige
 Plusquamperfekt aus Gründen der Reimprosa!).

¹¹⁾ 'Ich werde mich also aufmachen, um den herbeizurufen, dem sie (die
 characteres) gehörten (d. h. den Teufel), und ihn zu fragen, ob ich sie durch
 ihn wiedererlangen könne'.

¹²⁾ Vgl. o. S. 54 Anm. 9.

¹³⁾ Vielleicht *assidua*; vgl. Ov. met. 2, 70.

¹⁴⁾ Vgl. Marc. 15, 38 u. Luc. 23, 45.